Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ysa

nos quasi pannus menstruate
vniuse iustitie nostre & cecidimus
quasi folium vniuersi & iniquitates
nostre quasi ventus abstulerunt
nos. Non est qui inuocet nomen
tuum qui consurgat & teneat te
abscondisti faciem tuam a nobis
& allisisti nos in manu iniquita
tis nostre. Et nunc domine pat
noster es tu nos uero lutum & o
pus manuum tuarum nos tu fictor nr
Ne irascaris domine satis. et ne
ultra memineris iniquitatis nostre
Ecce domine respice populus tuus
omnes nos. Ciuitas sancta tua
facta est deserta Syon & iherusalem de
solata. domus sanctificationis nre
& glorie nostre. Vbi laudauerunt
te patres nostri. facta est in erui
tione ignis & omnia desiderabilia
nostra conuersa sunt in ruinam.
Numquid super his continebis te do
mine. Tacebis & affliges nos ve
hementi

Ysa. LV

Quesierunt me qui
ante interrogabant & in
uenerunt qui non quesierunt me
Dixi ecce ecce ego ecce ego. Ad
gentem que non uocabat nomen meum
Expandi tota die manus meas
ad populum incredulum qui gra
dit in via non bona post cogi
tationes suas. Populus qui ad
iracundiam prouocat me ante
faciem meam semp. Qui immo
lant in hortis & sacrificant super
lateres qui habitant in sepulchris
in de habitis ydolorum dormiunt
qui comedunt carnem suillam
& ius prophanum in uasis eorum
qui dicunt recede a me non appro
pinquabis mihi quia mundus es.
Isti fumus erunt in furore meo &
ignis ardens tota die. Ecce scrip
tum est coram me. Non tacebo si
reddam & retribuam in sinum eorum
iniquitates uestras & iniquitates pa
trum uestrorum simul dicit dominus
qui sacrificauerunt super montes & ex
probrauerunt mihi super colles et re
metiar opus eorum primum in sinum
eorum. Hec dicit dominus. Sicut
modo si inuenitur granum in bo
tro & dicitur ne dissipet illud quo
niam benedictio domini est sic fa
ciam propter seruos meos ut non
dispdam totum. Et educam de
iacob semen & de iuda possidentem
montes sanctos meos & hereditabi
bunt eum electi mei & seruii mei
habitabunt ibi. Et erunt campes
tria in caulas gregum & uallis a
chor in cubile armentorum. po
pulo meo qui requisierunt me. Et
nos qui deseruistis dominum
qui oblitus estis nomen sanctum
meum qui ponitis fortune men
sam & libatis super eam. numera
bo uos in gladio & omnes in cede
corruetis. pro eo quod uocauerim et
non respondistis. loquutus sum & non
audistis & facebatis malum in
oculis meis & que nolui elegistis.
Propter hoc hec dicit dominus
deus. Ecce seruii mei comedent et